

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 5200

**Auteur(s)** : Lucius III [pape]

**Bénéficiaire(s)** : Robert, Rouen, Saint-Lô (prieur)

**Genre d'acte** : bulle

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1185, 24 avril

**Lieu d'émission** : Vérone

**Action juridique** : confirmation générale

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Le pape Lucius [III] confirme les biens et les droits du prieuré Saint-Lô de Rouen.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° XXIII, p. 333-335.
- b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 262, p. 356-357.

Texte établi d'après b

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Roberto priori ecclesie sancti Laudi Rothomagensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris canonicè substituendis in perpetuum. Quotiens illud a etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuente, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuolabiliter obseruetur et nullus de caetero in eadem ecclesia nisi regularis canonicus instituatur et nullus etiam nisi a uobis canonicè electus prior subrogetur. Praeterea quascumque possessiones etc. In quibus haec propriis duximus exprimenda uocabulis: Brealtare cum ecclesia et decimis totius parrochiae et forum in eadem uilla, quod concessit Henricus rex Anglorum cum consuetudinibus, quas habent alia fora in Normannia, et feodum, quod tenebat Guillelmus de Brealtari de Guillelmo de Roumara, Arclou cum ecclesia et molendino, unam praebendam in Burdineio cum ecclesia et molendino et duas partes decimae, quas tenebat Simon de Burdeneio in dominio suo in eadem parrochia, ecclesiam de Blouilla cum decimis, ecclesiam de Mainileio cum decimis, decimas de Aquapluta et de Escura, medietatem ecclesiae de Agon et cimiterii cum medietate decimae totius parrochiae et totam ecclesiam de Rothomago, ecclesiam de Raffetot cum pertinentiis suis, ecclesiam de Froberuilla cum pertinentiis suis, ecclesiam de sancta Columba, in Biruilla terram et redditum et quidquid iuris Gerardus de Fontibus ibi habuerit, elemosinam Michaelis de Burdineio, scilicet masuram et terram de balneatorio Simonis, terram quoque de mara de Bourdeny, uidelicet octo acras necnon et duas acras de terra, quam tenuit Othelinus Griuelle, et prata, quae sunt inter prata canonicorum et pratum Bigoti, terram de Dumo arborum cum pratis, sicut in cartis praedicti Michaelis continetur, decimas de feodo episcopi Baiocensis in Rothomago, in festiuitate sancti Laudi de dominio Normanniae unum ceruum et sex solidos in moneta, unum aprum in festiuitate sancti Rumpharii et decimas quasdam in Rothomago. Liceat quoque uobis clericos etc. Sepulturam quoque etc.

Sane noualium etc. Obeunte uero etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolicae auctoritate et Constantiensis episcopi canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen.

Dat. Veron. per manum Alberti sanctae Romanae ecclesiae presbiteri cardinalis et cancellarii octauo kal. maii, indictione III, incarnationis dominicae anno millesimo centesimo octuagesimo quinto, pontificatus uero domini Lucii papae IIIii anno quarto.